

The Digital *Compendium moralium notabilium* Project  
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/CMN/index.html>)

65 quotations attributed to “Auctor libelli qui dicitur facetus” in the *Compendium moralium notabilium* (from *Epytoma sapientie*, Venice, 1505)

Pars 1, Liber 3, Rubrica 1: De naturalitate et consideratione morali (fol.19rb):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 3. **Quod natura negat: discere nemo potest.**

Scire quidem frustra contendi quisque quod horret, / Quod natura negat discere nemo potest.

Anonymous, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.226, ll.89-90).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 11: De possibilitate et impossibilitate (fol.22ra):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 16. et finali. **Non cupiat quisquam quod nunquam possit habere. Quod fortuna dedit sufficienter amet.**

Non cupiat quisquam quod nunquam possit habere : / Quod fortuna dedit sit satis illud ei.

Anonymous, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.235, ll.503-504).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 1: De veritate et falsitate et mendacio (fol.31va):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 2. **Esto veridicus: falsum quandoque loquaris. Nam semper verum dicere: credo nephias.**

Esto verecundus falsum quandoque loquaris, / Nam semper verum dicere crede nephias.

Anonymous, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.224, ll.9-10).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 7: De versutia dolo malo seu malitia fraude et deceptione (fol.34va):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 7. **Fraude est etenim callidus omnis homo. / Fallere fallentes: in nulla lege vetatur. / Condecet ut fallax corruat arte sua.**

Fraudibus est etenim callidus omnis homo; / Sed qui non poterit socium sibi querere fidum, / Diligat hie alios sicut amatus erit, / Fallere fallentes quia nulla lege vetatur / Et decet ut fallax corruat arte sua.

Anonymous, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.234, ll.434-438).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 7: De conuersatione conspectu societate et solitudine (fol.39ra-va):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 4. **Doctior efficitur senioribus associatus.**<sup>1</sup> Capitulo 7.  
**Nemo placet stulto: nisi dicat quod libet illi. Et malus efficitur: qui sociatur ei.**<sup>2</sup>

1. Doctior efficitur senioribus associatus / Cumque bonis vadat qui timet esse malus.

Anonymus, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.227, ll.121-122).

2. Nemo placet stulto nisi dicat quod libet illi / Et malus efficitur qui sociatur ei.

Anonymus, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.233, ll.421-422).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 8: De amicitia vera et amicis veris (fol.40vb):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 6. **Utilius homini nihil est quam fidus amicus. / Ut veluti secum cuncta loquatur ei. / Rebus in aduersis: dabit hic solatia fati. / Prosperitate quidem gaudet vtrique magis. / Prouidus eiusdem doctrine querat amandum.**

Utilius homini nichil est quam fidus amicus / Ut veluti secum cuncta loquatur ei. / Rebus in aduersis dabit hic solacia fati, / Prosperitate quidem gaudet uterque magis. / Falsus adulator non est reputandus amicus, / Proficit in nullo tempore fictus amor. / Qui fuerit felix, multis veneratur amicis, / Si miser effectus, solus ad yma ruit. / Fidus in aduersis ostenditur omnis amicus, / Si tune desistat, falsificatur amor. / Quilibet inspiciat cui conjungatur amico, / Qui sit propitius nocte dieque sibi. / Providus ejusdem doctrine querat amicum, / Artis et officii commoditate parem.

Anonymous, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, pp.232-3, ll.387-400).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 9: De amicis leibus verbalibus fictis et non veris (fol.41ra):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 6. **Sed tamen in mundo: modo non est fidus amicus. / Fraude est etenim callidus omnis homo. / Sed qui non potuit socium: sibi querere fidum: / Diligat hic alios sicut amatus erit.**

Deserat in nullo socium discrimine vite, / Prebeat auxilium semper ubique sibi; Sed tamen in mundo non est modo fidus amicus, / Fraudibus est etenim callidus omnis homo; / Sed qui non poterit socium sibi querere fidum, / Diligat hic alios sicut amatus erit, / Fallere fallentes quia nulla lege vetatur / Et decet ut fallax corruat arte sua.

Anonymous, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.234, ll.431-438).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 10: De experientia amicorum et cognitione (fol.41rb):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 6. **Fidus in aduersis cognoscitur omnis amicus.**

Fidus in adversis ostenditur omnis amicus, / Si tunc desistat, falsificatur amor.

Anonymous, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.233, ll.395-396).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 12: De conseruandis et retinendis amicis (fol.41va-vb):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 7. **Queritur eventu socius: tamen arte tenetur. Res leuis est querere: sed retinere labor.**

Queritur eventu socius, tamen arte tenetur, / Querere res brevis est, sed retinere labor.

Anonymous, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.233, ll.423-424).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 13: De confidentia amicorum (fol.42ra):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 6. **Sed tamen in mundo: modo non est fidus amicus. / Fraude est etenim callidus omnis homo.**

Deserat in nullo socium discrimine vite, / Prebeat auxilium, semper ubique sibi; / Sed tamen in mundo non est modo fidus amicus, / Fraudibus est etenim callidus omnis homo;  
/ Sed qui non poterit socium sibi querere fidum, / Diligat hic alios sicut amatus erit, / Fallere fallentes quia nulla lege vetatur / Et decet ut fallax corruat arte sua.

Anonymous, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.234, ll.431-438).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 14: De amicorum constantia et inconstantia (fol.42va):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 6. **Qui fuerit felix: multis venerandus amatur. / Sed miser effectus solus ad ima cadit.**

Qui fuerit felix, multis veneratur amicis, / Si miser effectus, solus ad yma ruit.

Anonymous, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.233, ll.393-394).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 8: De iudicibus et iudiciis (fol.57va):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 8. **Qualis erit iudex: tales sunt quippe ministri. Si malus est dominus: fit populusque malus.**

Qualis erit judex, tales sunt quippe ministri, / Si malus est dominus fit populusque malus.

Anonymus, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.234, ll.453-454).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 2: De stultitia et insipientia (n.p. fol.1va):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 7. **Nemo placet stulto nisi dicat quod libet illi. / Et malus efficitur qui sociatur ei.**

Nemo placet stulto nisi dicat quod libet illi / Et malus efficitur qui sociatur ei.

Anonymus, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.233, ll.421-422).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 6: De exemplo et imitatione (fol.68vb):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 8. **Si malus est dominus fit populusque malus.**

Qualis erit judex, tales sunt quippe ministri, / Si malus est dominus fit populusque malus.

Anonymous, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.234, ll.453-454).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 7: De disciplina (fol.69va-vb):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 3. **Scire quidem frustra contendit quisque quod horret. Quod natura negat discere nemo potest.**<sup>1</sup> Capitulo 4. **Ad loca prudentum tendat vestigia semper. Et notet attente queque probantur ibi.**<sup>2</sup>

1. Scire quidem frustra contendit quisque quod horret, / Quod natura negat discere nemo potest.

Anonymous, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.226, ll.89-90).

2. Ad loca prudentum tendat vestigia sepe / Et notet attente que recitantur ibi.

Anonymous, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.227, ll.129-130).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 5: De artibus et artificiis (fol.72rb):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 3. **Est pecus vt brutum penitus quisquis caret arte. / Ars hominem format nec sinit esse malum.**

Est pecus ut brutum quisquís prorsus caret arte; / Ars hominem format nec sinit esse malum.

Anonymous, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.226, ll.85-86).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 6: De exercitio et vsu exercitii (fol.72va):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 10. et finali. **Nil valet ingenium nisi cum coniungitur vsus.**

Nil valet ingenium nisi cui conjungitur usus; Sepius insolitis pugna nocere solet.

Anonymous, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.235, ll.487-488).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 7: De cura et intentione animi et negligentia (fol.73ra):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 5. **Improbitas vincit. Ferrea congeries dirumpitur improbitate.**<sup>1</sup> **Ferreus assiduo consumitur anulus vsu.**<sup>2</sup> **Et durum lapidem gutta cadendo cauat.**<sup>3</sup>

1. Femina quod prohibet cupid et vult sepe rogari, / Improbitas vincit, pectora frangit amor, / Ferrea congeries disrumpitur improbitate, / Et durum lapidem gutta cadendo cavat.

Anonymus, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.228, ll.197-200).

2. Tempore difficiles veniunt ad aratra iuvenci, / Tempore lenta pati frena docentur equi; / Ferreus adsiduo consumitur anulus usu, / Interit adsidua vomer aduncus humo.

Publius Ouidius Naso, *Ars amatoria*, 1 (E.J. Kenney ed., p.130, ll.471-474).

3. Femina quod prohibet cupid et vult sepe rogari, / Improbitas vincit, pectora frangit amor, / Ferrea congeries disrumpitur improbitate, / Et durum lapidem gutta cadendo cavat.

Anonymus, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.228, ll.197-200).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 8: De labore oportuno et torpore seu mollitie (fol.74rb):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 2. **Ocia nullus amet: non sint coniuncta labori. Nam nimia requie mortificatur homo.**

Ocia nullus amet nisi sint conjuncta labori, / Nam nimia requie mortificatur homo.

Anonymus, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.224, ll.23-24).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 1: De taciturnitate et loquacitate (fol.75ra):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 2. **Pauca loquendum qui vult vrbanus haberi. Nec prorsus taceat: sed meditata ferat.**

Pauca loqui debet qui vult urbanus haberi, / Nec prorsus taceat, sed meditata ferat.

Anonymous, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.224, ll.15-16).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 5: De enunciatione indicatione affirmatione approbatione et reprobatione (fol.76rb):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 2. **Nec prorsus taceat: sed meditata ferat.**<sup>1</sup> Capitulo 4. **Mente diu teneat quod putat ipse loqui.**<sup>2</sup>

1. Pauca loqui debet qui vult urbanus haberi, / Nec prorsus taceat, sed meditata ferat.

Anonymus, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.224, ll.15-16).

2. Inter majores caveat ne multa loquatur, / Mente diu teneat quod putet ipse loqui.

Anonymus, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.227, ll.127-128).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 10: Cum quibus sit loquendum (fol.77va):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 2. **Maxima rusticitas turpia verba loqui.**

Crimina multociens laus est celare faceto, / Maxima rusticitas turpia verba loqui.

Anonymous, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.224, ll.11-12).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 1: De temperantia et modestia modo atque nimietate (fol.86ra):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 5. **Sed tamen in contractis placidus modus est adhibendus. / Nam sine mensura nil valet esse bonum.**

Sed tamen in cunctis placidus modus est adhibendus, / Nam sine mensura nil valet esse bonum.

Anonymous, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.230, ll.277-278).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 5: De paulatinorum potentia (fol.87va):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 5. **Et durum lapidem gutta cadendo cauat.**

Ferrea congeries disrumpitur improbitate, / Et durum lapidem gutta cadendo cavat.

Anonymous, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.228, ll.199-200).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 7: De conseruatione diuitiarum (fol.92va):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 7. **Res leuis est querere: sed retinere labor.**

Queritur eventu socius, tamen arte tenetur, / Querere res brevis est, sed retinere labor.

Anonymous, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.233, ll.423-424).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 11: De tranquillitate et inquietudine animi circa diuitias et paupertatem (fol.93va):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 10. et finali. **Non cupiat quisquam quod nunquam possit habere / Quod fortuna dedit sufficienter amet.**

Non cupiat quisquam quod nunquam possit habere: / Quod fortuna dedit sit satis illud ei.

Anonymous, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.235, ll.503-504).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 14: De auaritia cupiditate pecunie (fol.95ra):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 10. et finali. **Cui sua non prosunt alii conseruat habenda.**

Cui sua non prosunt, aliis conservat habenda, / Heres post mortem perdet amore suo.

Anonymus, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.235, ll.501-502).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 15: De fruitione pecunie (fol.95va):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 2. **Sit bene vestitus cui non sit par. / Et culte viuat potibus atque cibis.**

Sit bene vestitus cui non est parva supellex / Et caute vivat potibus atque cibis.

Anonymous, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.225, ll.29-30).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 16: De parsimonia seu parcitate: largitate et prodigalitate id est de modo expensarum (fol.96ra):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 2. **Expediat large sine murmure quando decebit / Iuxta suum posse: ne sua damna float.**

Expendat large sine murmure, quando decebit, / Juxta posse suum, ne sua dampna float.

Anonymous, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, pp.224-5, ll.25-26).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 3: De humilitate: seu mititate superbia elatione et fastu (fol.97vb-98ra):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 2. **Ut placeat cunctis nullum decet esse superbū. / Qui sic inflatur deserit omne bonū. / Sit blandus facie: sit mitior ingeniose / Ne contemptibilis sit ipse forte cito.**<sup>1</sup> Capitulo 5. **Nam cito sepe ruit qui super astra volat.**<sup>2</sup>

1. Ut placeat cunctis nullum decet esse superbū; / Qui sic inflatur deserit omne bonū. / Sit placidus facie, sit mitis et ingeniosus, / Ne contemptibilis forte sit ipse cito.

Anonymus, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.224, ll.17-20).

2. Diligat equalem sibi vel paulo meliorem, / Nam cito sepe ruit qui super astra volat.

Anonymus, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.227, ll.157-158).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 6: De contemptu seu despectione (fol.98vb):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 4. **Exhibeat cunctis placidus sapienter amorem / Et nullum spernat: sit licet ipse miser.**

Exhibeat cunctis placidus sapienter honorem / Et nullum spernat, sit licet ille miser.

Anonymous, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.227, ll.123-124).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 13: De laude et commendatione (fol.101va):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 2. **Alterius laudes moderate dicere laudo. / Sed proprias nemo si sapit ipse refert.**

Alterius laudes moderate dicere laudo, / Sed proprias nemo, si sapit, ipse refert.

Anonymus, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.224, ll.13-14).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 16: De reuerentia et honorificatione (fol.103va):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 4. **Inter maiores caueat ne multa loquatur.**

Inter maiores caueat ne multa loquatur, / Mente diu teneat quod putet ipse loqui.

Anonymous, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.227, ll.127-128).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 5: De gaudio petulantia et letitia (fol.105vb):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 4. **Mente quidem leta decoratur florida vita. / Sed per tristitiam fit cito quisque miser.**

Mente quidem leta decoratur florida vita, / Sed per tristiciam fit cito quisque miser.

Anonymous, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.226, ll.101-102).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 9: De ludo et requie seu ocio laudabili (fol.106va):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 2. **Ocia nullus amet nisi sint coniuncta labori. / Nam nimia requie mortificatur homo.**

Ocia nullus amet nisi sint conjuncta labori, / Nam nimia requie mortificatur homo.

Anonymus, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.224, ll.23-24).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 18: De mundana pulchritudine et ornatu humani corporis (fol.109va-vb):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 2. **Exornet corpus ne contemnatur ab ullo. / Sit bene vestitus cui non sit parua suppellex.**<sup>1</sup> Capitulo 4. **Cesarie longa fit turpis forma virilis. / Ut motus facilis nesciat esse grauis. / Uestes non longas iuuenilis diligat etas. / Non natet in caligis vel crus vel pes iuuenilis / Et subtalaris formet vtrunque pedem.**<sup>2</sup>

1. Exornet corpus ne contempnatur ab ullo, / Non tamen officium deserat ipse suum. / Sit bene vestitus cui non est parva supellex / Et caute vivat potibus atque cibis.

Anonymus, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.225, ll.27-30).

2. Cesarie longa fit turpis forma virilis; / Femineus cultus sepius esse solet. / Vestes non longas juvenilis diligat etas / Ut motus facilis nesciat esse gravis. / Non natet in caligis vel crus vel pes juvenilis, / Sed sotularis formet utrumque pedem; / Et tamen, ut patrie mos postulat, omnia fiant, / Ne faciat solus quod fugit omnis homo.

Anonymus, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, pp.226-7, ll.111-118).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 1: De venerei amoris laude (fol.109vb):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo. **Pectora pascit amor: sine quo sunt gaudia nulla.**

Tunc saliat currens, cantet saltans adolescens / Et placidis juvenis cantibus illud agat, /  
Pectora pascat amor sine quo sunt gaudia nulla, Sed tamen haec fiant tempore quoque suo.

Anonymous, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.226, ll.103-106).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 1: De venerei amoris laude (fol.110ra):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 5. **Dulcis amor vidue mollit quoque corda superba / Que melius ceteris et sapienter amat / Prouidus imprimis oculis sibi querat amandam. / Eligat e multis que placeat vna sibi. / Diligat equalem: vel paulo se meliorem. / Nam cito sepe ruit qui super astra volat. / Diligat hunc mulier qui caute nouit amare.**

Dulcis amor vidue mollit quoque corda superba, / Que melius cunctis et sapienter amat. / Pulchra puella vacans dulcissima gaudia prestat, / Molibus apta iocis, libera colla gerens. / Has juvenile decus sapienter discat amare, / Arte quidem nostra noscat amoris iter. / Providus imprimis oculis sibi querat amandam, / Eligat e multis que placet una sibi. / Hanc firmis oculis ridentibus intueatur, / Ut quia diligitur dulcis amica sciat. / Sed virtutis opus, generatio, forma decora / Ante repensemetur ne nimis alta petat: / Diligat equalem sibi vel paulo meliorem, / Nam cito sepe ruit qui super astra volat. / Inde locum discat quo semper amanda moratur, / Quove puella manet, recia tendat ibi. / Huc veniat ludens, cantet suspiria miscens, / Quod si non noscat, militet arte sua. / Hic temptet vires, hic dulcia verba loquatur, / Quod placeat faciat, res velut ipsa dabit. / Huc tamen ut vadat prodest occasio ficta, / Qua prius inventa, cautius urit amor. / Diligit hunc mulier qui caute novit amare, / Ne consanguinei singula facta scient.

Anonymus, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, pp.227-8, ll.145-168).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 2: De eligibilibus personis amandis amore venereo (fol.111ra-rb):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 5. **Hanc firmis oculis ridentibus intueatur: / Ut quia diligitur dulcis amica sciat. / Nuncia queratur sub qua confidat vterque / Que narret caute quicquid vtrique placet. / Munent hanc iuuenis quo sit super hoc studiosa / Et plusquam tribuat polliceatur ei. / Forsitan in primis dabit aspera verba puella / Sed cito que prius est aspera molis erit. / Femina quod prohibet cupid: et vult sepe rogari / Improbitas vincit: pectora frangit amor<sup>1</sup> / Non ad eo mentem frigidam tenet vlla puella. / Ut si tangatur risus in ore vacet / Dulcius exorans oscula grata petat / Spondeat et iuret quod nil petet amplius ipse / Nam bene sufficiunt talia dona peti. / Si neget illa quidem dare talia forte minando / Hec eadem omnino mitius ipse petat. / Expectat potius luctando femina vinci: / Quam velit vt meretrix crimina sponte pati. / Qui querit coitum vel vim post oscula differt: / Rusticus est nunquam dignus amore magis.<sup>2</sup>**

1. Hanc firmis oculis ridentibus intueatur, / Ut quia diligitur dulcis amica sciat. / Sed virtutis opus, generatio, forma decora / Ante repensemetur ne nimis alta petat: / Diligat equalem sibi vel paulo meliorem, / Nam cito sepe ruit qui super astra volat. / Inde locum discat quo semper amanda moratur, / Quove puella manet, recia tendat ibi. / Huc veniat ludens, cantet suspiria miscens, / Quod si non noscat, militet arte sua. / Hic temptet vires, hic dulcia verba loquatur, / Quod placeat faciat, res velut ipsa dabit. / Huc tamen ut vadat prodest occasio ficta, / Qua prius inventa, cautius urit amor. / Diligit hunc mulier qui caute novit amare, / Ne consanguinei singula facta sciant / Nuncia queratur in qua confidit uteisque, / Que narret caute quicquid utriusque placet. / Muneret hanc juvenis ut sit super hoc studiosa / Et plus quam tribuat polliceatur ei. / Hec adiens illam dulcissima narrat amoris, / Incipiens caute talia verba loqui: / « O speciosa nimis, vultu fecunda sereno, / « Te juvenile decus laudat et optat amans, / « Qui cunctos alias superat spectamine morum, / « Colloquium tecum vellet habere rogans. / « Utile quod nimis est, vestro tractabit honori / « Et plus quam famulus, subditus esse cupit, / « Omnia postponit, nisi te nichil amplius optat; / « Me tibi direxit, sum quia fida tibi. » / Forsitan inprimis dabit aspera verba puella, / Sed cito que prius est aspera molis erit. / Dulcia verba quidem tunc nuncia proferat illi, / Quodque petit juvenis conprobat esse bonum. / Hunc modo commendet, modo laudes conferat illi, / Sic alternatim laudet utrumque simul. / Quod si displiceat modo consentire puelle, / Ad juvenem rediens singula facta ferat. / Hic non diffidat, studiosius immo laboret, / Nutibus et signis sepe loquatur ei. / Ah! quotiens teneram, que nunquam novit amorem, / Talibus ingenii languidus urit amor! / Hanc blandimentis adtemptet nuncia sepe, / Nec cito desistat, quando puella vetat. / Femina quod prohibet cupid: et vult sepe rogari, / Improbitas vincit, pectora frangit amor, / Ferrea congeries disrumpitur improbitate, / Et durum lapidem gutta cadendo cavat.

Anonymous, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, pp.227-8, ll.153-200).

2. Non adeo mentem rigidam tenet ulla puella / Ut, si tangatur, risus in ore vacet. / Si fugiat tactum, subridens forcitus angat, / Vel digitis coxas comprimat atque latus; / Sed tamen in cunctis placidus modus est adhibendus, / Nam sine mensura nil valet esse bonum. / Curet ut insolitam faciat gaudere puellam, / Dulcius exorans, oscula grata petat. / Spondeat et juret quod nil petet amplius ipse, / Nam bene sufficient talia dona peti. / Si neget illa quidem dare talia, forte minando, / Hec eadem precibus non minus ipse petat. / Sed quia sic multis verecundia sepius obstat / Ut quoque conjugibus basia justa negent, / Jungere non timeat violenter brachia collo, / Et prompte capiat quod negat illa dare. / Tunc non simpliciter jungantur grata labella, / Sed teneant longas basia pressa moras. / Mobilis interea stringat manus una mamillas, / Et femur et veter sentiat inde vicem. / Sic postquam ludens fuerit calefactus uterque, / Vestibus ejectis, crura levare decet. / Vim faciat juvenis, quamvis nimis illa repugnet, / Nam si desistat, mente puella dolet. / Expectat potius luctando femina vinci / Quam velit, ut meretrix, crimina sponte pati. / A ganeis tantum coitus solet esse petitus, / Que se pro precio vendere cuique volunt. / Qui querit coitum, si vim post oscula differt, / Rusticus est, nunquam dignus amore magis.

Anonymous, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, pp.230-1, ll.273-302).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 5: De natura venerei amoris (fol.112rb):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 6. **Nil bene cernit amor videt omnia lumine ceco. / Fallitur in multis anxietate sua.**

Nil bene cernit amor, videt omnia lumine ceco, / Fallitur in multis anxietate sua.

Anonymous, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.232, ll.373-374).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 6: De concupiscentia venerei voluptatis (fol.112vb):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 5. **Si fit furtiuus dulcior omnis amor.**

Diligat occulte cui non sit vilis amica, / Sic fit furtivus dulcior omnis amor; / Gaudia que  
sumpsit curet celare modeste, / Nec nomen domine provocet ille palam.

Anonymous, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.231, ll.315-318).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 7: De amenitate actionis venere (fol.113ra):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 5. **Non tunc simpliciter iungantur grata libella. / Sed teneant longas sua via pressa moras. / Mobiles interea stringat manus vna mammillas / Sed femur et venter sentiat inde vicem. / Sic postquam ludis fuerit calefactus vterque / Uestibus ejectis crura leuare decet.**<sup>1</sup> / **Sed fit furtiuus dulcior omnis amor.**<sup>2</sup>

1. Tunc non simpliciter jungantur grata labella, / Sed teneant longas basia pressa moras. / Mobilis interea stringat manus una mamillas, / Et femur et venter sentiat inde vicem. / Sic postquam ludens fuerit calefactus uterque, / Vestibus ejjectis, crura levare decet.

Anonymus, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.230, ll.289-294).

2. Diligat occulte cui non sit vilis amica, / Sic fit furtivus dulcior omnis amor; / Gaudia que sumpsit curet celare modeste, / Nec nomen domine provocet ille palam.

Anonymus, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.231, ll.315-318).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 8: De meretrico amore (fol.113rb):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 5. **Si se supponat meretrix non prestat amorem / Non amat id quod agit: sed quod habere cupit.**

Cui se supponit meretrix non prestat amorem, / Non amat id quod agit sed quod habere  
cupit.

Anonymous, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.227, ll.139-140).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 10: De molestia et damno amoris venerei (fol.113va):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 6. **Efficitur fatuus qui sic amat vt modus absit. / Negligit officium quilibet inde suum.**

Efficitur fatuus qui sic amat ut modus absit, / Negligit officium quilibet inde suum.

Anonymus, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.232, ll.365-366).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 2: De iustis causis assumendi bellum (fol.125va):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 10. et finalis. **Quemque decet patriam defendere tempore belli.**

Quisquís erit laycus, si miles non valet esse, / Ut non displiceat, sit bonus ipse pedes: /  
Quemque decet patriam defendere tempore belli.

Anonymous, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.235, ll.481-483).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 8: De experientia et vsu bellici exercitii (fol.127ra):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 10. et finalis. **Sepius insolito pugna nocere solet.**

Nil valet ingenium nisi cui conjungitur usus; / Sepius insolitis pugna nocere solet.

Anonymous, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.235, ll.487-488).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 10: De ocio et perpessione bellici operis (fol.127rb):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 10. et finali. **Nil valet in bello qui viuit delitiose. / Nec sine duritia bellica palma datur.**

Nil valet in bello qui vivit deliciose, / Nec sine duricia bellica palma datur.

Anonymous, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.235, ll.479-480).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 6: De tristitia et merore (fol.140vb):

Auctor libelli qui dicitur facetus capitulo 4. **Sed per tristitiam fit cito quisque miser.**

Tempore festivo vel quando decet recreari / Vivere quod possit gaudeat omnis homo: /  
Mente quidem leta decoratur florida vita, / Sed per tristiciam fit cito quisque miser.

Anonymous, *Facetus* (A. Morel-Fatio ed., 1886, p.226, ll.99-102).